



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

LVII. An Vinum Calicis sit miscendum aquâ?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

beni mercatus est; Mulieres, *Luc. 23.* pararunt aromata. Iudei criminalem causam egerunt: que in festo verita: *Ioann. 13.*. *Ante diem Pascha.* *Ioann. 18.* Non introierunt praeorium, ut manducarent Pascha. *Ioann. 19.* Erat autem parasceue Pascha. Ergo die profano Cœna peracta est in fermentato.

2. Patres ita docent ex *Deut. 16.* Agnum immolandum ad Vesperam luna XV. ergo Dominus XIV. cœnauit in fermento.

3. CALVINUS. Primitiva Ecclesia usque ad Alexandriū vīsa est fermentata in Cœna.

4. Greci. Dominus accepit Panem: at azymus non est panis: Et azyma, Iudeorum et proinde in hac Cœnare est Iudaizare.

5. Pentecoste celebratur die quinquagesimo ab secunda azymorum: at eo anno venit Pentecoste in Dominicā; ergo & secunda azymorum: ergo prima fuit feria VI. proinde Dominus cœnauit in fermento feria V.

AUTOR. Panis Azymus est Eucharisticus; ut in quo Dominus cœnauit Luna XIV. ad vesperam, feria V. cum qua incipit Luna XV. feria sc. VI. solennis Pascha. 1. Sic testis S. Scriptura in meo *Antichristi p. 3. q. 23.* 2. Omnes ferē S. Patres dicunt Christum celebrasse Pascha die XIV. vesperi, captumque noctu: testibus Euangelistis. *Ioann. 13.* *Ante diem festum*, sc. Luna XIV. *sciens Iesum.* &c. pridie Passionis. *Ioann. 18.* *Nobis non licet interficere,* sc. ob festum dīci XV. feria VI. Ita Patres Chrys. Cyr. Aug. &c. 3. S. Patres dicunt occidit Christum ipso die solenni Pascha Luna XV: at hæc coepit pridie vesperi, sicutque *Gen. 1.* *Factum est vespe & manes dies primus.* 4. Asiatici egerunt Pascha cum Iudeis (teste *Cōcilium Nicano.*) Luna XIV. ad vesperam: ut & iudaizantes Quartodecimani. 5. Orthodoxi ideo, si Luna XIV. veniebat in Dominicā, differebant Pascha in se-

quentem Dominicam; ut & hodie; ne iudaizemus.

DICO AD I. Fuit ea quorundam sententia: at altera vicit, ut in festo crucifigeretur. Opera autem pietatis non prohibita erant in festo; sed seruilia, & in Sabbato maior quies erat præcepta, quam in festo. Luna XIV. autem erat *Ante diem festum artificiale*, sc. feria VI. Et hac XV. immolatos boues & oves manducabant Sacerdotes; qui Paschalunt, *Deut. 6.* Agebantque eodem paralceuen in paschâ, sed non ante pascham: nam ad Sabbathum ea agebatur: *Ioann. 19.* *Propter paralceuen, ne remanerent in cruce Sabbatho.*

AD II. Quidam Patres, *ad vespere,* sc. mundi, intelligunt. Quidam Luna XV. vesperam; quā & agnus typicus, & Christus est immolatus; qui pridie, initio Luna XV. finitā XIV. cœnarat.

AD III. Dicit: at nullo decebit auctore; nam fingit. Leo IX. acerrimus Luna XV. defensor vīsum Ecclesiae inde à S. Petro repetit; non ab Alexand. I. coepit, qui sedit anno 121.

AD IV. Rebus iisdem vī cum Iudeis, non est iudaizare; sed eodem ut ritu & fine.

AD V. Pentecostes dies numerandi sunt à primo die profano azymorum: proin, si secundus azymorum incideret in Sabbathum, tunc à tertio numerabatur: Et sic accidit anno Christi passi.

Q V A E S T I O L V I I I .

An Materia Vini sit miscenda Aquare ad S. Synaxis agendam?

LUTHERANI & Calvinistæ, ceu Armeni, mero meracissimo vtuntur in Cœna,

Qq abs-



absque aqua. Lutherus l. contra Regem Anglia, anno 1512 fatuos vocat aquam vino miscentes: cum sit merum segmentum humanum; & pessimam habeat significationem. Kemnitius part. 2. in Sess. 22. Can. 7. ait esse indiferens; cum incertum sit, an Dominus vnum aquam miscuerit: proinde miscere nile necessare esse; nec praepi ab Ecclesia posse.

CALVINISTÆ aiunt, vt Richerus, et. hereticos, sacrilegos, falsarios, qui milcent aquam, & sua commenta Euangelicae puritati.

S V A D E N T I S T I S. 1. *Lutherus & Kemnitius.* Quia pessima est significatio, Isa. 1. *Vinum tuum mixtum est aqua;* id est, ait Hieron. Verbi sinceritas corrupta est. 2. Quia, quod ex latere Christi fluxit Sanguis & Aqua; caratio non probat miscendam aquam in calice: quippe significat Baptismum & Eucharistiam, ait S. Aug. tract. 120. in Ioann. Vide Genesal p. 3. q. 14.

A U T O R. Miscere vinum aquam in Sacramento Calicis, probabilius non est de necessitate Sacramenti: et si improbabiliter pauci esse aiant: Attamen, non miscere, grande peccatum est. 1. Quia Dominus vinum aqua mixtum consecravit: (quod probabile Kemnitio pro more nationis. Malè) Nam sec' fert Traditio. Scriptura enim solius Calicis meminit, non vini, non aquæ. &c. Nisi ibi: *Non bibam de hoc genimine Vitu.* &c. quod dixit Dominus ad esum agni; non ad Eucharistiam; secundum potiorem Patrum sententiam. Traditione autem constat ex Liturgia S. Iacobi in Concil. Trullano: non ex Clementis Const. l. 8. cap. 17. ex Irenæo, Cypr. Basil. &c. qui ex omni natione, mixtam non tribuunt mori nationis, vt Kemnitius.

2. Quia, Ioann. 19. Ex latere Christi

exiuit sanguis & aqua. Chryost. hom. 24. in L. Corinth. Quid est in Calice? Quod ex Latere fluxit. August. Ambros. &c. 3. Quia Eucharistia significat Unionem Christi cum Ecclesia, vt vini cum aqua. Sic Cypr. Euseb. Isid. &c. 4. Quia Eucharistia typus fuit, non solum Genes. 14. Panis & Vinum Melchis dech: sed etiam aqua Petrae, 1. Corinth. 10. Ita Ambrosius, Euseb. 5. Quia significatur sic duali uini in Christo naturum Vno. Sic Naceph. l. 18. c. 15.

D I C O A D I. In S. Scripturæ eadem tæpe contraria significant: vt Gen. 49. *Catulus leonis Iuda.* Apoc. 5. *Vicit leonis tribu Iuda.* Contrà Psa. 90. *Conculca leonem.* Ita hic.

A D II. Ista significant rectè: & iam Significatur per mixturam calici eadem profluxio Sanguinis & Aquæ. Quæ obstreput alia, liquent ex diuis.

Q V Ä S T I O LIX.

*Qua FORMA conficitur Eucha-
ristia?*

L V T H E R O - C A L V I N I S T A in his contentiunt, vt Ecclesia Catholica sententiam non integrè admittant. Cæteri, dissentient.

L V T H E R A N V S Martin. Bucerus in Matt. 16. verba Institutionis recitari necessarium negat. Quid Sacra Scriptura non id doceat vel iubet: Habent sedatores, teste Kemnitius part. 2. Examini ad Sess. 10. Can. 1. Kemnitius ib. d. ista: 1. Tota Indumenta descriptio pertinet ad formam: proinde Papistæ emuntur. 2. Sola Christi verba sunt recitanda: ut Papistæ multe permiscent: 3. Consecratio fit à Deo per eos ministri: At Papistæ voluntem opus efformis consecrati. 4. Verba ea non debent recitari solum historice, vt Calvinisti volunt; nec magice, vt Papistæ: sed quasi ex ea, operante Deo, sintificari ad faciendum, quod sonant: sic, vt verba ea fiat indumenta Dei, ut in minister: Et sic efficacia sit, ut obstat annulus.